Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

erat autem hora tertia. et crucifixerunt eum. clamantes se
use est mortis. Et milites pilati uidebunt eum. quem illuden
tes crucifixerunt. Videbunt eum non ut iam contemp
nant sicut prius irrideant insultent. ac lacerent. sed
ut paueant. gemant. lugeant. et tristentur. Vnde et sub
dit: Et tunc plangent se super eum omnes tribus terre.
idem omnes reprobi terrena desiderantes. et p desiderium
terrenam inhabitantes. honoribus semetipsos extollen
tes. in luxuriis degentes. quibus dns dicit. Ve uobis
diuitibus qui habetis consolationem uram. Precipue aut
hii plangent se super eum. qui eum pupugerunt. Magis
autem dolebunt miseri. quia tale p dent dnm. quam qd
tam atrocissimum inciderunt tormentum. Etiam am.
Qd est apud latinos etiam. hoc apud hebreos. amen. Vtrumq;
autem aduerbium est affirmantis. Dicit q etiam. amen. ac
si ingeminando diceret. uerum est uerum est. et mutari
non potest. quia plangent se sup eum omnes tribus terre.
Cognoscit enim p certo futurum. qd tali sententia firmat.
Ego sum alfa et ω. principium et finis. Hic iam manifeste
ostendit quia angelus qui hec iohanni ostendebat. pso
nam dei in se habebat dum dicit. ego sum alfa. et ω. princi
pium. et finis. Similiter et ipse iohs. qui hec dicit nobis.
Tale est. et qd paulus dicit. An experimentum eius queri
tis qui in me loquitur. Et dauid. Adtendite populus
meus legem meam. et cetera. A. apud grecos. latinos et he
breos. principium est elementorum. Quod enim apud nos a. hoc
est apud grecos alfa. apud hebreos aleph. Porro ω. finalis est
elementorum. apud hebreos. Quid autem sit alfa. et ω. mani
festauit cum subiungit. principium et finis. Principium